

www.e-rara.ch

Origenis opera omnia et quae eius nomine circumferuntur

Origenes

Venetiis, 1743

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9723>

Origenis fragmenta ex libro de proverbiis Salomonis. Monitum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



ORIGENIS FRAGMENTA EX LIBRO DE PROVERBIIIS SALOMONIS. MONITUM.

EX Origenis scriptiōibus in Proverbia nihil reperi præter sequentia fragmenta, quorum duo priora latine tantum exstant in apologia Pamphili martyris pro Origene; cætera vero omnia in Epitome sua refert Procopius Gazaus, illo dumtaxat excepto quod pertinet ad Proverbiorum 1. 6. quodque exhibet catena ms. Bibliothecæ Mazarinianæ ad caput octavum Lucae.

Sixtus Senensis Biblioth. Sac. lib. 4. pag. 354. Origeni quoque tribuit ἐξερτυξά (Exegetica) in librum Ecclesiastici, eaque addit a Methodio citari in libro de Resurrectione. Illorum tamen ne ὑπὸ quidem compareret tum in hujus Methodiani libri fragmentis quæ vel ab Epiphanio hæres. 64. vel a Photio codic. 234. repræsentantur, tum in illis quæ exstant tomo tertio Bibliothecæ Patrum Lugdunensis.



VIDETUR autem mihi & illa assertio quæ transformari animas de corporibus in alia corpora asseverat, pervenisse etiam in aliquos eorum qui Christo credere videntur, ex quibusdam scripturæ sanctæ occasionibus, non intelligentes quomodo intelligi debeant quæ scripta sunt. Non enim animadvertunt quomodo homo efficiatur, aut pullus, aut equus, aut mulus, & putaverunt transformari humanum animum in pecudum corpora, ut æstimarent quod aliquando serpentis suscipit corpus vel viperæ, aliquando equi, vel reliquorum animalium. Jam ergo consequens est & hoc illos dicere debere, quod diabolus qui leo

Tom. III.

in scripturis dicitur, corpore leonis utatur, aut draconis carnibus, cum draco nominatur. Ita erit ut secundum illos transmutatio ista animarum perveniat & in dæmonum naturam, ut sit aliquando vel leo vel draco anima habens diabolum. Et paulopost: Sed superflua sunt omnes istæ adinventiones. Manifestum est enim quod una poena tam dæmonum naturæ quam humano generi peccatorum a Domino præfinita sit illa quam Dominus sua sententia designavit dicens: *Ite in ignem æternum, qui paratus est* Matth. 25. *diabolo & angelis ejus*: ostendens quia eadem species poenarum peccatoribus hominibus, & diabolo, & angelis ejus præparata sit, licet in eadem poena diversa sit quantitas poenæ. Alius enim gravius ac vehementius cruciatur pro magnitudine peccatorum: alius autem remissius, cujus leviora & faciliora peccata sunt.

A

EX